

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Milicia I
cum fontibus primis

Neque enim ibi requirendus est numerus,
ubi animus semel territus non tam tela
hostium cupit declinare quam uultum.
Ceterum clausi licet exigui numero et
infirmi uiribus, hoc ipso tamen sunt
hostibus pares quia desperantes sciunt
aliud sibi licere non posse.

Hoc genere, quanto maior fuerit,
tanto facilius multitudo prosternitur;
neque enim ibi requirendus est numerus
ubi animus semel territus non tam tela
hostium cupit declinare quam uultum.
Ceterum clausi, licet exigui numero et
infirmi viribus, hoc ipso tamen sunt
hostibus pares, quia desperantes sciunt
aliud sibi licere non posse.

Publius Flavius Vegetius Renatus,
Epitoma rei militaris, 3, 21, 5-6 (M.D.
Reeve ed., p.109, ll.1-7).

Necessitas enim quedam uirtutis est
desperatio,

Quod ne sustineant obsidentes portas
civitatis aperire consuerunt, ut resistere
desinant fugiendi potestate concessa;
necessitas enim quaedam uirtutis est
desperatio.

Publius Flavius Vegetius Renatus,
Epitoma rei militaris, 4, 25, 4-5 (M.D.
Reeve ed., p.141, ll.16-19).

sed
una salus uictis nullam sperare salutem.

una salus uictis nullam sperare salutem.

Ibidem (Vegecius libro II.).

Publius Virgilius Maro, *Aeneis*, 2, 354
(O. Ribbeck ed., p.294).